



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Decretum. Super actu attritionis, quæ concipitur ex metu Gebennæ  
excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ ad impetrandam gratiam  
in Sacramento P[o]enitentiaë.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**



Quibus maturè consideratis idem Sanctissimus itatuit, & decrevit.

**T**Riginta, & unam supradictas Propositiones, tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, injuriosas: hæresi proximas, hæresim sapientes, erroneas, schismaticas, & hæreticas respectivè, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsam impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper distinctè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, nè prædictas Opinioniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

---

D E C R E T U M.

*Super actu attritionis, qua concipitur ex metu  
Gebenna excludens voluntatem peccandi  
cum spe veniæ ad impetrandam gratiam  
in Sacramento Penitentia.*

**S**anctissimus D. N. Alexander. Papa VIII. cum acceperit non sine gravi animi



mi mærore , Scholasticos quosdam acri-  
 us , nec absque fidelium scandalo inter  
 se contendere , an illa Attritio , quæ  
 concipitur ex metu gehennæ excludens  
 voluntatem peccandi cum spe veniæ ad  
 impetrandam gratiam in Sacramento pæ-  
 nitentiæ , requirat insuper aliquem actum  
 dilectionis Dei , asserentibus quibusdam ,  
 negantibus allis , & invicem adversam Sen-  
 tentiam censurantibus . Sanctitas sua e-  
 nixè cupiens pacis vinculum inter fide-  
 les servari , omnemque scissuræ fomitem  
 extinguere , auditis votis Eminentiss. &  
 Reverendiss. DD. Cardinalium adver-  
 sus hæreticam pravitatem Generalium  
 Inquisitorum ; necnon DD. Consulto-  
 rum , & Qualificatorum S. Congregatio-  
 nis ejusdem Generalis inquisitionis , Hoc  
 præsentis Decreto in virtute Sanctæ obe-  
 dientiæ , & sub pœna excommunicationis  
 latæ sententiæ , huic S. Sedis reservatæ ,  
 aliisque pœnis ejusdem S. Sedis arbitrio  
 taxandis , præcipit cunctis , & singulis fi-  
 delibus quocumque , gradu , ac dignitate  
 etiam Episcopali , & majori . imo , &  
 Cardinalitia fulgentibus , ut si deinceps de  
 materia Attritionis præfatæ scribent , vel  
 libros , aut scripturas edent , vel docebunt ,  
 vel prædicabunt , vel alio quovis modo  
 pœnitentes , aut Scholares , cæterosque  
 erudientes , non audeant alicujus Theolo-  
 gicæ Censuræ , alteriusve injuriæ ,  
 aut contumeliæ nota taxare alteru-  
 tram sententiam , sive negantem necessita-  
 tem aliqualem dilectionis Dei in præfata At-  
 tritione ex metu gehennæ concepta . quæ  
 hodie inter scholasticos communior vide-  
 tur , sive asserentem dictæ dilectionis ne-  
 ces-



cessitatem, donec ab hac S. Sede fuerit alia  
quid hac in re definitum. Statuitque preterea  
Decretum hoc, seu illius exemplum  
ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum  
de Urbe, & in acie Campi Floræ af-  
fixum, omnes ubique existentes arcere  
& affigere, ac si unicuique personaliter  
fuiet intibiatum.

## CONSTITUTIO

Sanctissimi D. N. Clementis divina pro-  
videntia Papæ X.

*In qua Regularium privilegia quo ad præ-  
dicationem Verbi Dei, & Sacramen-  
ti Pœnitentiæ administrationem  
declarantur.*

**S**uperna, &c. Regulares, qui in Ecclesiis  
sui ordinis prædicare voluerint, teneri  
ab Episcopo Diæcesano benedictionem pe-  
tere, prædicare tamen posse, quamvis  
illam non obtinuerint &c.

Ad hæc Regulares ab Episcopo ad Con-  
fessiones Sæcularium in sua Diæcesi audien-  
das approbatos non posse in alia Diæcesi eas  
absque Episcopi Diæcesani approbatione  
audire, quamvis pœnitentes subditi sine  
eius Episcopo, a quo ipsi Religiosi iam fue-  
runt approbati, & generaliter ab Episcopo  
ad personarum sæcularium Confessiones  
audiendas, nequaquam censei approbatos  
ad audiendas Confessiones Monialium sibi  
subiectarum, sed egere, quod ad hoc, spe-  
ciali Episcopi approbatione, atque app-  
bato

bato